



Catalogus disert.

1. do. Aug. Ernests

1. de fide historica.
2. de difficultatibus Novi T. recte interprætandis.
3. de templo Herodis N.
4. de vanitate philosophantium eloqua.
5. de vestigijs lingua hebraica in lingua grecā.
6. de Theologie historica & dogmatica coniungendæ necessitate.
7. de libertate iudicandi in causa religione.
8. de doni linguarum natura ad illustr. 160. XVII.
9. de operis pastorum ecclæstium et heretorum ad Ep. I. 10.

2. D. J. S. Semler

10. de liberali doctoris S. S. provincia

3. M. P. F. Grauer

11. de ut Christus imago dei innervibilitate, ad 2. 10. 16. 17. 18. Hebr. 1. 3.
12. spiritus apostolorum Jesu Christi magister arguit mundum ad Ioh. xii. 8 - 11.
13. Jesus Christus, quam in contentum est, ad dicti legislator nouus perficit.

4. F. E. Hieberitz.

14. de iis qui primicias spiritus accepérunt ad Rom. viii. 2.
15. Explicatio capítul. Ad. Paul. ep. ad Rom.

5. Sigm. vac. Raumgarten.

16. de exspectatione ab hominibus in secula non obtinenda.
17. obit. ad illustrationem N. T. ex predictis.

6. C. A. Wederlein

18. de vero usq; atque abusa rationis humanae in rebus divinis.

7. D. Gottf. Löff.

19. de doni linguarum indole
20. de filio hominis
21. Sententia iudeorum de messia & de Euro ejus regno.

8. Franc. Volckmar Reinhart

22. utrum de audictum de miraculis requiriatur inveniatur nature accurata cognitio.

q. c. 14. 5. Wernsdorf

23. de amen liturgico.

24. iudicium de nonnullis dubitationibus contra rel. Christi.

10. J. Boni. Koppe

25. quicq; sit & existens tps. Episcopatu[m] et quis est katechet. 2 Thess. II. 3 - 13.

11. M. L. C. Locher

26. vindicia iustitia diuina in morte Annae ad Etat. I. 1 - 11.

12. F. Andre. Stroth.

27. de vera ueritate 1. Pet. IV. 3.

13. D. C. C. Tittmann

28. Jesus deus & seruator in ev. Joann. demonstratur.

14. D. C. G. Robert.

29. causa belli Ieronimiti aduersus lana[n]as gesti. Resunt multa.

15. C. D. Pecor.

30. specimen historie bibliothecarum alexandrinarum.

16. C. L. Gerling

31. doctrina de summa atq[ue] altera Jesu Christi dignitate.

Jouanne.

Nr. 129.

2.

16.

Q. D. B. W.  
DISSERTATIO THEOLOGICA  
DE

ANAMAPTHSIA  
AB HOMINIBVS IN HAČ VITA  
NON OBTINENDA.

QVAM  
PRAESIDE

VIRO MAXIME REVERENDO, EXCELLENTISSIMO  
ATQVE DOCTISSIMO,

DN. SIGISMVNDO IACOBO BAVMGARTEN

SS. THEOL. PROFESS. PUBL. ORDINARIO,  
PATRONO AC PRAECEPTORE OMNI PIETATE AETERNVM  
DEVENERANDO

AD DIEM IANVAR. ANNI MDCCXXXIX.

ERUDITORVM CENSVRAE SVBMITTIT

AVCTOR

ERNESTVS FRIDERICVS KESSELRING,  
PRVSSVS.

---

HALAE MAGDEBURGICAE,  
LITTERIS EMANVELIS SCHNEIDERI, ACAD. TYPOGR.

(5)

.0.

VENERANDO THEOLOGORVM IN ALBERTINA,  
QVAE EST  
REGIOMONTI PRVSSORVM  
*ORDINI,*

VIRIS  
*MAGNIFICO, SVMME REFERENDIS, EXCELLENTISSIMIS  
ATQVE DOCTISSIMIS.*

**IOHANNII IACOBO QVANDT**

S. S. THEOL. DOCT. AC PROFESS. PRIMARIO, SACRAE  
REG. MAI. CONCONATORI AVLIC. PRIMAR.  
ET SAMB. CONSIST. CONSILIARIO,

H. T.  
RECTORI ACADEMIAE MAGNIFICO,  
**CHRISTOPHORO LANGHANSEN**

S. S. THEOL. DOCT. EIVSDEMQUE VT ET MATHEM.  
PROFESS. ORDIN. CONCONATORI AVLIC. ET  
REG. ALVMN. INSPECTORI PRIMAR.

**FRANCISCO ALBERTO SCHVLTZ**

S. S. THEOL. DOCT. ET PROFESS. ORDIN. PASTORI  
COETVS PALEOPOLITAMI AC SAMB.  
CONSIST. CONSILIARIO.

**IOHANNI HENRICO LYSIO**

S. S. THEOL. DOCT. ET PROFESS. ORDIN. COETVS  
LOEBN CENS S PASTORI AC SAMB.  
CONSIST. CONSILIARIO.

**IOHANNI DAVIDI KYPCKE**

S. S. THEOL. DOCT. EIVSDEMQUE VT ET PHILOSOPHIAE RATIONAL. PROFESS. ORDIN.

DANIELI SALTENIO

S. S. THEOL. DOCT. ET PROFESS. ORDINARIO,

H. T.

ORDINIS THEOL. DECANO.

DANIELI HENRICO ARNOLD

S. S. THEOL. DOCT. ET PROFESS. ORDINARIO, CON-  
CIONATORI AVLICO ET SAMB. CONSIS-  
TORII CONSILIARIO.

IOHANNI BEHM

S. S. THEOL. DOCT. EIVSDEMQUE UT ET GRAECARVM LINGV,  
PROFESS. ORDINARIO, CONSIST. SAMB. CON-  
SILIARIO ET BIBLIOTHECARIO  
REGIO.

IOACHIMO IVSTO RAV

S. S. THEOL. DOCT. EIVSD. UT ET ORIENTAL.  
LINGVAR. PROFESS. EXTRAORD.

PATRONIS AC PRAECEPTORIBVS  
SVMMO HONORIS AC REVERENTIAE CVL-  
TV AETERNV PROSECVENDIS,

HVN C

STVDIORVM IN THEOLOGIA FRVCTVM  
QVALEMCVNQVE

CVM

OMNIGENAE FELICITATIS VOTO

GRATA MENTE

REDDIT

ERNESTVS FRIDERICVS KESSELRING.



DE  
ANAMARTHΣΙΑ  
AB HOMINIBVS IN HAĆ VITA  
NON OBTINENDA  
DISSERTATIO.

---

PROOEMIUM.



Agna profecto om̄nibus in ipsa  
vitae praesentis infelicitate re-  
mansit felicitas, quod incredibili-  
nisu atque instinctu ad *Perfec-  
tio-*  
*nem* ceu communem omnium  
metam, ferantur mortales. Af-  
qui eam nullus non flagrat, be-  
ne multi quoque mediis vti di-  
scunt, quibus perfectionem aliquando attingunt, haud  
pauci tamen vel consequi nesciunt, vel vana superbia  
insolitoque fastu intumescentes nubem, vt ita loquar,  
prae fune amplectuntur. Duplex nimurum homines  
quosdam premit imperfectio, & quod imperfectione  
cum omnibus communi laborant, & imperfectos ta-

A

men

men se esse nescire volunt, atque sic imaginaria aeternum falli potius, quam fruialiquando pristina hominum felicitate. Fuit inter illa, quorum iacturam miseri iam deploramus, insigne quondam hominum deus Aquae nos, quam miseri homines in momento repudiare, non ramen, quoisque etiam viuant, recuperare valent, atque futura longe beatior vita suis iam accenseret praerogatiis. In votis quidem haberent plurimi, nulla seculis hisce senioribus hominum prostat exempla, qui veritati huic pararent exequias, sed quot quaequo quantosque non omni tempore verissima & innocentissima haec doctrina insultus experta est, nostris etiam temporibus vehementius instauratos? Hoc itaque prae aliis dissertationis theologicae argumentum feligere non dubitauit, vbi veritatem non minimi momenti in lucem euidentissime ponere, positam vindicare, siveque aduersariis pariter ac veritatis amantibus suo cuique modo prodesse licebit. Rem enim, qua aeterna hominum magna ex parte nititur felicitas, nec meditari sat, nec satis tueri nos posse persuasum habeo. Videmini vero insimul Lectores mei etiam tacendo consentire, atque non iniquo ausus primos excipere animo. Sic enim, quaealioquin deficere videbuntur, vestra compensabit aequitas. Principia siquidem, quae in dissertatione mea ad fulcenda magis magisque reliqua aliunde adducere necesse sum credidi, in memoriam hoc ipso *vobis* reuocare magis, quam passim demonstrata transcribere malui, siveque pedem non impedito cursu ad rem ipsam demonstrandam promouere. Dirige vero, DEVS OPTIME, gressus meos in veritate Tua!

SECTIO

\*) o ( \*

## SECTIO I.

D E

### NOTIONE VOCIS ET STATV CONTROVERSIAE.

§. I.

**V**erum, quam meditamur, a capite ordiamur, atque mature omni ambiguitati, quoad fieri poterit, medicinam paremus, in primis statim dissertationis huius lincis notionem vocis pariter, atque distinctiones necessarias, adferre iuvabit. *Pecatum* omne generatim in quacunque disconuenientia cum lege consistit, proinde *αναπαργητον* generaliter spectata cuiuscunq; peccati absentiam involuit, seu omnimodam cum lege conuentientiam & vel *absoluta* sive *esentialis* est, vel *contingens*. Prior, *absoluta* nimurum, est affectio entis, quod per esentiam sive esentiales perfectiones omnem peccandi possibilitatem excludit.

§. II. DEVS est ens infinitum (per Theol. Nat.) sive illud, quod omnes realitates simul habet. Et quoniam in ente infinito vltioris realitatis defectus locum habere nequit, nulla quoque in ens infinitum sive DEVMI limitatio, adeoque nec malum metaphysicum cadere potest. Ens vero finitum, cum illud dicatur, quod non omnes realitates simul habet, quae coexistere possunt, sequitur, in ente finito semper adesse vltioris realitatis defectum sive limitationem, adeoque & malum metaphysicum, quod in illa consistit.

§. III. Omne ens finitum est limitatum, (§ 2.) quoniam igitur homo ad entium finitorum classem pertinet, patet, eandem esse limitatum atque respectu animae facultates eiusdem cognoscitiam atque appetitum limitibus circumscribi. Facultas cognoscitiva intellectum denotat, qui in facultate res distincte cognoscendi consistit, atque & formaliter & materialiter limitatus de-

A 2

prehen-

4 SECTIO I. DE NOTIONE VOCIS

prehenditur, quatenus nec omnes res sibi simul, nec illas distincte sibi repraesentare potest, ut nihil confusum admixtum sit a sensibus & imaginatione. (per psychol.) Fieri hinc potest, ut malum confuse sibi repraesenter tanquam bonum. Atquedum intellectus (per Logicarum) secundum tres mentis operationes agit, ex falsis representationibus non possum non profluere iudicia falsa & ex his ratiocinia falsa.

§. IV. Facultati appetitiae tribuimus voluntatem, quae in genere spectata est inclinatio ad bonum utrumque cognitum. Bonum omne & malum vel verum est vel apprens, prout illud statum nostrum perfectiore vel imperfectiore & reddit & reddere videtur, & quoniam (per exper.) constat, nos nihil appetere vel auersari, nisi sub ratione boni & mali, hinc in fero, voluntatem in appetendo vel auersando sequi representationes boni & mali, adeoque voluntatem sequi intellectum. Intellectus eis limitationem malum confuse sibi repraesentare potest ut bonum, atque sic etiam errare in ideis atque iudiciis, (§. 3.) sed quoniam voluntas in appetendo sequitur intellectum, patet, voluntatem ipsam posse ferri in malum vel bonum quoddam apprens.

§. V. Limitationis, ut vidimus, consequens est, intellectum malum pro bono habere posse, (§. 3.) voluntatem in malum loco boni ferri posse, (§. 4.) adeoque hominem actiones vitiosas, seu legi non conformes posse committere. In actionibus vitiosis consistit malum morale, ergo limitationis in ente intellectu & voluntate praedito consequens est mali moralis possibilitas, siue quod adesse posit. Actiones vitiosae sunt tales, quibus non convenit cum lege, ergo malum morale est peccatum & proinde etiam limitationis in ente intellectu & voluntate praedito consequens est peccandi possibilitas, siue, quod peccatum adesse posit.

§. VI. Ex limitatione seu malo metaphysico huius possibilitas peccandi, (§. 5.) sed quoniam in ente infinito limitatio est impossibilis (§. 2.), hinc neque possibilitas mali moralis seu possibilitas peccandi per essentiam locum habere potest in ente infinito siue DEO. Affectio entis, quae per essentiam omnem peccandi possibilitatem excludit, est *avocatio mensie* absoluta siue necessaria,

(§. 1.)

(§. 1.) ergo enti infinito sive DEO illa competit & quoniam ex essentia entis infiniti fuit, sequitur, essi attributum DEI, atque ut omnia eiusdem attributa ad essentiam pertinere.

§. VII. Sanctitatis DEI notio generalis haec est, quod in exclusione imperfectionum consistat, & respectu quidem habito ad voluntatem diuinam in eo, ut absolute nequeat velle malum, sive in exclusione possibiliter peccandi per essentiam; sed quoniam his characteribus absolutior notio *divinae dignitatis* absolutae seu esentialis (§. 1. 6.) sequitur, eadem esse sanctitatem ipsam voluntatis diuinam.

§. VIII. Peccatum omne consistit in disconuenientia cum lege (§. 1.). Lex est regula, secundum quam actiones liberas determinare obligamus; ergo ad peccatum omne requiritur, ut sit disconuenientia actionum liberarum & status inde enati cum lege. Actiones liberas supponunt intellectum & voluntatem libere agentem (per psycholog.), proinde in rebus irrationalibus & inanimatis actiones liberae non dantur, immo quoniam haec per essentiam inesse nequeunt, nulla per virtusque essentiam datur peccandi possibilitas, adeoque irrationalibus & inanimatis competit *divinae dignitatis* esentialis seu absoluta. (§. 1.) Non aliter enim concipi potest inente peccandi possibilitas, quam si ponimus limitatum, intellectu rati & voluntate praeditum. (§. 3. 4. 5.) Quoniam vero res irrationales & inanimatae, licet limitatae existant, intellectu & voluntate destituantur, hinc nec in illis concipi potest peccandi possibilitas.

§. IX. Vocari haec, quam modo delineauimus, *divinae dignitatis* absoluta sive esentialis eriam potest *illabilitas*, atque pariter in eo consistit, ut peccare aliquid nullo modo possit. Hanc vero DEVVS homini in statu integriratis & creatione ipsa concedere non potuit, quandoquidem alias per antecedentia hominem vel DEVVM (§. 6.) efficiere debuisset, vel brutum aut truncum (§. 8.) aliud enim non datur, in quod haec illabilitas cadat; quorum prius contradictorium & impossibile est, posterius vtrumque vero sapientiae DEI refragatur atque finibus divinis, sui ipsius gloriae

## 6 SECTIO I. DE NOTIONE VOCIS

& hominis felicitati grauiter repugnat. Aliam itaque homini concessit *divinae gratiae*, de qua nunc agendum.

§. X. Contingentem illam vocem inquit (*§. 1.*) quae affectio entis dicenda est, vbi peccandi possilitas non per essentiam, sed determinationem aliam, cuius oppositum etiam possibile est, excluditur, seu aliquis non peccare potest, ita tamen, ut peccare etiam posse, posterius saltem essentiae non repugnet: quae si caute & accurate loquimur, non peccabilitas rectius dicitur, quam *impeccabilitas*, illum statim denotans, ut aliquis peccare non posset. Atque haec iterum vel *naturalis* vel *supernaturalis* est; *naturalis*, si ex essentia & natura entis, cuius est, explicari potest. Eiusmodi *divinae gratiae* naturalis, ut ad specialia deueniamus, fuit in angelis bonis itemque malis, ut & hominibus ante lapsum: intelligitur vero inde simul eandem salua entis essentia etiam abesse potuisse. Et quoniam his omnibus a creatione statim tribui debet *divinae gratiae* contingens naturalis, angelis bonis vero in sacris literis praeterea confirmatione in bono adscrribitur, noui inter *divinae gratiae* antecedentem & consequentem distinctione enascitur; *divinae gratiae* antecedens in eo consistit, ut ex integritate concreatae naturae peccandi possilitas ad actum non transeat, seu aliquis actu non peccet, licet illud adhuc accidere posset; quod ad statum entium moralium seu liberorum exploratorium pertinet: *consequens* vero, ut accedente exercitio integritas naturae ad habitum adoleverit & peccandi possilitas per sufficientem illius habitus gradum ad actum transire nunquam posset, seu peccatum, quod per ipsam naturae essentiam antea locum habere potuisse, per habitum augmentum in bono excludatur: quod ad statum confirmationis referatur.

§. XI. Asseruimus *divinae gratiae* salua angelorum & hominum essentia abesse potuisse (*§. 10.*), proinde in illis attributum non fuit, sed modus, quia alias lapsus vel angelorum vel hominum plane non evenissem. Quoniam vero in hominibus in statu integratatis concreatae aderat naturae integritas, hinc gaudebant *divinae gratiae* naturali antecedente (*§. 10.*), quam consequens etiam insecuritate fuisset, tentationes diaboli superaserint atque integratas

tas naturae habitum consecuta fuissest (§. 10.), quam in solis angelis bonis in bona confirmatis obtinuisse Scriptura S. docet.

§. XII. Bandem denique in Christo Salvatore nostro fuisse per Scripturam S. constat. Sanctum erat, quod ex Maria nasci debebat, Spiritu S. massam illam, ex qua nascendus erat Christus ab omni peccatorum veneno paeſeruant, atque humanam ipsius naturam vñctione infinita repleta, adeoque per ista pariter ac vñionem arctissimam naturae humanae cum diuina possiblitas peccandi omnino abesse debebat, atque antecedens pariter ac consequens *avauacētōla* locum habere (§ 10.). Oculos tamen hic vñcie in humanam Christi naturam defigimus, respectu enim diuinae naturae eadem ipsi tribuenda est *avauacētōla*, quam enti infinito seu DEO competere euicimus (§. 6. seqq.) & quae per ipsum vñionem personalem cum humana etiam natura communicata fuit. Quam ob rem toti personae Θεοῦ πάντα omnimoda & vtraque haec concedi & potest & debet *avauacētōla*.

§. XIII. Vidimus itaque, in quibus *avauacētōla* contingens naturalis locum habuit, nunc ad supernaturalem lustrandam pergimus, quae ex essentia & natura entis, cui inest, explicari nequit atque vim infinitam, ut existat, requirit, & per operationem Dei ad actualitatem perducitur, quibus concreatae naturae integritas, quod in hac vita apud homines incoate tantum sit per regenerationem & renovationem, per peccatum derperita effectu supernaturali instauratur; consummata autem & plene in vita eterna. Sed loci huius nondum est, vt euincamus, in quantum eiusmodi *avauacētōla* in hominem in hac vita constitutum cadat; id potius agendum erat, vt termini necessarij omnes rite explicarentur.

§. XIV. Ut vero ulterius omni ambiguitati, quoad fieri poterit, obuiam eamus, per antecedentia iam constare potest, *avauacētōla* hanc, de qua loquimur, minime gentium in eo collocandam esse, vt aliquis peccatis proaereticis & mortaliibus seu dominio & reatu peccati immunis sit, licet peccatis, cum quibus reatus actu coniunctus non est, sive venialibus adhuc laborer. Quoniam enim generalis vocis huius conceptus absentiam cuius-

cunque

cunque peccati infert (§. 1.), peccata vero venialia omnia ob eosdem characteres & similitudinem cum peccatis omnibus, sunt & manent peccata, sequitur, *avauagtnolay* in exclusione sola peccatorum mortalium consistere non posse.

§. XV. Denique non infrequens ipsi etiam S. Scripturae haec locutio esse asollet, qua regeniti post regenerationem *perfetti* sensu morali dicuntur. *Perfectio* generaliter consensem variorum ad unum inuoluit, & talis vel est respectu *partium* vel *graduum*. *Perfectio partium* in regenitis infert consensem omnium ad nouum hominem constitendum requisitorum, ut singula momenta essentialia adsint & vt rite conspirent. Disenses omnis vel ex negatione vel priuatione oritur, realitates vero non possunt non consentire arque perfectionem efficere. Sic in regenitis intellectus deprehenditur illuminatus, voluntas emendata, appetitus sensitius rationali subiicitur & omnia corporis membra, vt S. S. loquitur, arma iustitiae sunt, quae, tanquam partes, ad unum illud, nouum nimirum hominem efformandum, consuentiunt & partium perfectionem gignunt. *Perfectio graduum* vero in eo consistit, ut dictae facultates, nouum hominem constituentes, penitus & plenisime inter se consentiant & nullus unquam in singularium mutationibus disensioni locus sit. Vnde simul appareat, nos non de perfectione graduum comparativa sed totali & absoluta, quae tamen in ens finitum cadit, hic loqui, eamque homini ab iudicare, si *avauagtnolay* eidem denegamus.

§. XVI. Notione vocis atque indole eiusdem ex antecedentibus nunc perspecta, ad dissertationis huius *statum controuerstiae* formandum progedimus. Non enim a nobis expectari illa omnia possunt, quae quomodo cum in censum venire possent, atque quandam cum argumento dissertationis affinitatem habent. Quando ergo *avauagtnolay* ab hominibus in hac vita obtineri non posse contendemus, non de absoluta sive de essentiali (§. 1.) quam soli DEO (§. 6.) arque rebus irrationalibus & inanimatis (§. 8.) competere diximus, neque de contingente & quidem naturali antecedente (§. 10.), quam hominibus in statu integratis & angelis omnibus (§. 10.) vindicauimus, neque etiam de naturali

con-

consequente (§. 10.) quam in angelis bonis (§. 11.) deprehendi probauimus; sed vnicet tantum de *āvāqērōtāv* supernaturali (§. 14.) & quidem consequente (§. 10.) sermo nobis futurus est, utrum illa per regenerationem atque renovationem obtineri possit? neque aetū obtineatur, & an saepius id fiat, aut rara & difficilis admodum res sit; neque utrum inchoatiue in hac vita possit obtineri (§. 14.), quod postremum concedimus, priora tamen omnia negamus & pernegasimus, inuicte probaturi, *āvāqērōtāv* supernaturalē consequentem neque per regenerationem neque renovationem ab homine in hac vita obtineri posse. Ex quibus postea facilis negotio confici poterit, non denegata fieri regenitīs perfectione partium, perfectionem graduum tamen in illis locum habere non posse.

§. XVII. Certe enim non desunt, qui contrariam huic veritati hypothesis defendere allaborant, quos tribus quasi verbis commemorare non erit superuacaneum. Primo quidem hic nobabo *Socinianos*, (a) qui non solum naturalem antecedentem omnibus hominibus tribuant *āvāqērōtāv*, sed eandem etiam recuperabilem credunt post lapsum & peccata praegressa. Secundo huc referri debent *Arminiani* (b), qui *āvāqērōtāv* difficultem quidem & raram admodum, possibilem tamen statuunt. Spectant hue tertio *Anabaptistae* & *Quackeri* (c) atque praeter has turbas Poiretus, Dippelius aliisque plures. Quorum catalogo ex recentioribus inferendus Autor quidam *Anonymous* in libellis sigillatis editis, quos inscribit: von unschuldigen Wahrheiten erste, andere re. Unterredung. Conferatur circa argumentum disserationis huius die 6te und 7te Unterredung, in quibus errores circa doctrinam de regeneratione populari, cuius praecipuas obiectiones & sophismata recentissime promulgata Sect. III. DEO iuuante confutabimus. Scriptum illud erroribus refertissimum & fundamenta salutaris doctrinae impugnans proditissime dicitur Francofurti ad Moenum Anno 1735.

(a) *Socinus* in miscellan. aduersus Mennonitas fol. 77. seqq. *Smalzius* contra Franzium fol. 237. 290. 192.

(b) In Apolog. Confess. cap. XI. *Episcopius* in Lect. sacr. ad' 1 Ioh. V, 5.  
B  
Cur.

*Curcellaeus* in *Instit. rel. christ. Lib. IV, & VII.* *Limborch* in *Theol. Christian lib. V.*

(c) In *Colloquio Franckenthal.* & *Roberti Barclaii Apolog. th. IV.*

## SECTIO II.

## SISTENS

## ARGUMENTA NOSTRA.

## §. XVIII.

Pinceps iam status controuersiae (§. 16.) expositi momentum hoc, ut demonstremus, exposcit: *ανεμογράφως* ab hominibus in hac vita non posse obtineri. Ad quod rite efficientum primum argumentum desumimus *ab imaginis diuinæ iactura & peccato originali*, quod in eius locum sucesit, atque naturale est, nonnisi ipsa morte penitus auferendum. Loquimur vero hie de imagine DEI *primaria* & adaequata summa, non *secundaria*, cuius aliqua parte adhuc gaudemus omnes *Iac. III, 10. Gen. IX, 6.* partem autem nunquam recuperamus. Atque haec primaria DEI imago absoluiebatur conuenientia qualitatum quarundam spirituallium cum perfectionibus diuinis, *scientia in primis & sapientia in intellectu*; *Col. III, 20. Eph. V, 8. Luc. II, 40. 52. Rom. II, 20. 23. 24.* arque sanctitate & iustitia in voluntate. *Eph. IV, 23. 24. V, 9. 1 Petr. I, 16. Colob. VII, 30. Gen. II, 19. 20. 23. 24.* Ex vtriusque huius perfectionis praefentia non potuit non *ανεμογράφως* enasci, quae cum DEO (§. 6.) competat, & homini inesfer, contingens duntaxat (§. 10.) consequens, pars etiam fuit illius imaginis diuinæ, quam miseri mortales iam desideramus.

§. XIX. Quicquid enti a prima origine inhaeret aut vi conata producitur, *naturale* dicitur, adeoque ipsam quoque imaginem diuinam, quam a prima creatione arque ex huius gratia habebat, homo naturalem fuisse dicendum est, in primis cum simul ad perfectiendam eiusque integratatem moralem constitutandam pertinuit, in singulis individuis fuit, naturali etiam propagatione ad posteros transmittenda *Gen. I, 26 - 28.* Quare neque constitutive neque consecutive, sed tum originative & principiative, tum subiective,

tum

tum perfectiue, tum denique transituue naturalis vocatur. Per S.S. tamen certi reddimur, naturalem hanc imaginem culpa hominum suis amissam, quod, quia factum concernit, a posteriore ex narratione lapsus probandum est. Lex utriusque parentum data erat de non comedendo fructu ex arbore in medio horti, atque poena morris motuum illud erat, quod cum lege connexuit DEVS, quo actionem vetitam fugerent, quam etiam auerberantur, quia gaudabant *divina genitoria* naturali antecedente (§. 10.), sed cum illa perfectio non in eo constituit, ut peccare homines non possent, sed in eo, ut non peccare possent: fieri omnino potuit, & factum proh dolor! est, ut negle<sup>c</sup>to ysu legitimo facultatum integrarum illegitimus locum haberet & possibilis peccandi cum *divina genitoria* contingente antecedente connexa cum actuali existentia peccati commutaretur. Vbi enim diabolus, seductor, independentem conformitatem cum DEO tanquam bonum verum ipsorum repreäsentabat intellectui, qui ut limitatus malum confuse sibi tanquam bonum repreſentare potuit (§. 3.), hinc cum ex falsis ideis iudicia falsa enascuntur (§. 3.). Eua confusis ideis indulgebatur, de legi diuina dubitabat, diabolo fidem habebat, hanc imaginariam conformitatem cum DEO affectabat & quoniā voluntas sequitur representationes intellectus (§. 4.) actū sumebat polum, Adamo porrigebat, comedebat vterque; & quoniā hoc disconuenientiam habebat eum lege, quam eare scientes volentes que migraverant, erat peccatum (§. 1.), labebantur & quoniā DEO obedientiam debitam denegauerant, maloque se inquinauerant, insipiendo, errando, & peccando sapientiae, iustitiae & sanitatis originalis iacturam faciebant, atque sic imaginem DEI primariam amittebant vna cum *divina genitoria* antecedente connexa (§. 18.) sine qua consequens locum habere nequit (§. 10.). Et quoniā hoc ipso naturae mutatio inducebatur, qua & priuatio & corruptio eiusdem accidit, hinc ipsa corum naturae conditio, statum illorum imperfectum reddens, est contra legem. In disconuenientia naturae nostrae cum lege consistit peccatum originale, quod proinde nexus indiuulso hanc imaginis DEI iacturam exceptit, atque in ipsam naturam nostram se insinuauit.

## SECTIO II. SISTENS

§. XX. Sicut imago DEI homini fuit naturalis (§. 19.), ita peccatum originale naturae humanae adeo in hac sit, ut iam singulis individualibus in sit; ipsa propagatione naturali in posteros transeat, arque cum eorumdem origine cohaereat; quam ob rem pariter naturale dicendum est. *Natura* hinc a Paulo *Eph.* II, 3. *filiis* dicitur, habemus namque naturam peccati labi infectam, quae non accedente alia re, sed in se & propter suam cum Legi disconuenientiam nos irae diuiniae obnoxios constituit. S. S. quoque, ut imaginem DEI ad omnes homines spectasse, ita similiter peccatum originale ad omnes, qui caro de carne nascuntur, propagari afferit. Neminem enim illorum, nisi regenitus fuerit, regnum coelorum ingredi posse *Iob.* III, 5. 6. Saluator testafissimum facit, unde certum euadit, hominem, dum nascitur, peccatum in se iam habere, quia caro dicitur de carne natu*s*, eiusdem conditionis, status ac qualitatis cum progenitoribus suis, qui peccatores sunt, unde Propheta *P. L.* 7. in peccato se conceptum, genitum ac formatum esse pronunciat.

§. XXI. Peccatum originale, quamdiu adest in homine, actualiter peccata scaturit indefiniter. Est enim iam ipsa natura humana legi disformis (§. 19.), sive etiam vis animae representativa & appetitiva & quae inde fluunt, siquidem principiū vitiati principiata sunt vitiata; quod *Gen.* VI, 5. VIII, 21. euidentissime confirmatur, vbi omne figmentum cordis humanae a teneris malum duntaxat esse pronunciatur. Ponamus etiam peccatum originale in mera perfectionis privatione consistere, aberit certe in homine in actionibus suis rectitudi, sive contra Legem, quae omnimodam actionum nostrarum restitudinem vrget, ager atque peccabit. Actio includit mutationem, mutationes ergo propriae disconuenientiam cum lege haberent, in quo peccata actualia consistunt. Haec ratione subiecti peccantis voluntaria vel innontentaria sunt, quatenus vel scientibus atque volentibus nobis vel ex ignorantia & infirmitate peraguntur: vel ratione enentium nonam hanc subeunt divisionem, ut vel mortalia vel ventalia dici possint, quatenus ex se reatum poenae atque mortis coniunctum vel per accidentem non coniunctum habent.

§. XXII. Peccatum originale per ipsam animae discessiōnēm

a cor-

a corpore penitus tolli ex ipsis harum rerum notionibus inter se comparatis ostendi nequit. Mortem eo non nihil conferre sic quidem concepi potest, quod anima a corpore & organis sensoriis soluta, eundem sensuum impetum inordinatum non experiatur qui superiorum facultatrum usum legitimum perturbet, neque ea fentiat malorum irritamenta, quibus iam perpetuo sollicitamur ad inordinatos voluntatis motus; unde tamen nondum efficitur, morte plene auferri peccatum originale, quod neque in corpore solum haeret, sed altius insedit, neque inferiores tantum faulitates, sed ipsas superiores peruersit & deprauavit. Oracula vero diuina huius rei fidem faciunt, ex quibus intelligimus naturae corruptionem ante mortem non penitus auferendam, in consummatione cum morte naturali connexa in finaliter creditibus aboleri, peculiari quidem gratiae diuinae operatione, ita tamen, ut ipsa translocatio spiritus emendati ex praesenti sensationum externarum indole in arctiore cum Christo coniunctionem & rerum spiritualium diuinorumque sensum fortiorum, neque minus liberatio a crassiore corporis compage spiritum premente & varie impediens, quae ipsis proinde aduentu Christi consummandis hominibus necessaria erit *1 Cor. XV, 51. 52.* ab hac felicissima status nostri commutatione non excludatur. Efficitur illud in iis S. S. locis, quibus tum felicitas futura mortem immediate infecitura describitur *Apoc. VII, 17. 1 Cor. XV, 54.* tum liberatio ab omni malo & plena victoria cum morte coniungitur *2 Tim. IV, 18.* tum defideria sanctorum eam ipsam ob rem mortem anhelantium *Rom. VII, 24. Phil. I, 23.*

§. XXIII. In regeneratione quidem & renovatione imago Dei reparatur & instauratur, sed fieri id ipsum nequit, nisi destruatur illud malum, quod in locum imaginis diuinae successit, seu peccatum originale e medio tollatur. Consistit illud in disconuenientia naturae nostrae cum lege (§. 19.) quae si conueniens iterum ei reddenda est, noua vis nostrae modificatione opus est & series mutationum naturalium interrupienda, quod miraculum requirit, & per recentos actus supernaturales effectum sortiri debet. Regeneratio primum in eo occupatur, vt fides & noua vita

## SECTIO II. SISTENS

seu principium actionum legitimarum in homine producatur. Quare latius sumta & intellectus diuino lumine perfunditur seu vi diuinis doctrinas salutariter cognoscendi donatur, voluntas vero ad dominanter versus DEVUM propensionem determinatur, viribusque ipsum colendi agendique propter ipsum instruitur, quod strictiori sensu regeneratio vocatur, & reliqua praeterea hominis facultates emendantur sibique rite subordinantur. Vnde omnino consequitur, vt peccatum, quod dominans viuuntque fuerat antea, morti tradatur & homo ipsi moriatur *Rom. VI, 2. 6. 11.* atque diuina hac & supernaturali emendatione natura hominis corrupta legi diuinae conuenientior reddatur, peccatum vero mortificatum definit dominari hominemque in agendo determinare. Hinc vero nequaquam efficit regeneratione omne peccatum penitus tolli, cum regenerationis continuacione seu renouatione, ad imaginem DEI magis magisque instaurandam, opus sit.

§. XXIV. Renouatio, vt iam dictum, est regenerationis continuatio atque in eo consistit, ut residuum peccatum magis magisque debilitatum infirmetur, atque imago DEI ad maiores semper gradus euehatur. DEI quidem infinitam potentiam non excederet simultanea & in instanti peragenda operatione hominis liberatio ab omni peccato, seu totalis restitutio pristinae integratissimae, qualis in statu primitivo fuerat, atque in consummatione & gloria olim futura est, si absolute DEVIS agere veller. Sed cum reliquorum perfectionum suarum, maioris etiam felicitatis hominum, licet successione obtinendae, boni denique publici totius generis humani ratio simul habenda sit DEO sapientissimo; sequitur, vt finibus ipsis conuenientius existimet tolerari & relinquere peccatum in regenitis mortificatum & sensim eradicandum, cum ipsorum felicitati futurae nil obstat amplius, ipsis non impetratur, sensim & aestimatum gratiae diuinae virtusque & forensis & medicinalis una cum eiusdem desiderio & ipsa consummationis cupiditate augeat: consuetudo etiam regenitorum cum irregenitatis virtute ea re virtusque posterioribus maxime euadat, atque ipsa remuneratio gratuita & victoria ex lucta perpetua a fidelibus reportanda mirifice sic amplificetur. Quam luctam internam perpetuo locum

locum in regenitis habere atque hinc ipsam renouationem imperfectam semper manere & accessionum indigere indubium facit A-postolus Gal. V. 16 - 34. cum in renatris etiam carnem subinde contra spiritum concupiscere irrefragabiliter testatur.

§. XXV. Dicitum fuit in statu controuersiae (§. 16.) *αναγέννησις* homini in hac vita esse impossibilem, siue obtineri non posse, & illud quidem respectu habitu ad omnes determinationes, sive quibus homines, tanquam individua, quamdiu hic vivunt, deprehenduntur. Sicad determinationes illorum spectat, quod in ipsis semper detur peccatum originale, (§. 19.) quod in morte demum tollatur (§. 22.), imo reliqua, quas adhuc euicimus.

§. XXVI. Possimus nunc ex his, quae adstruximus, veritatem immotam reddere, *αναγέννησιν* in hac vita neque sine regeneratione locum habere, neque per regenerationem, neque renouationem obtineri posse. Idem inter omnimas sui determinationes etiam peccatum originale habet (§. 19.), quod per omnem vitam ipsi adhaeret (§. 22.), neque in regeneratione (§. 23.), neque renouatione (§. 24.), radiciter extirpatur, sed licet mortificatum sit, quamdiu adhuc adeat, actualia peccata, ut causa efficiunt suum, coniuncta habet (§. 21.), hinc patet, statum illum hominis, vbi possibilis peccandi ad actum non transit, neque naturalem esse, neque per regenerationem, neque renouationem posse obtineri, siue, quod idem est, *αναγέννησιν* in hac vita in homines, quales post lapsum sunt, neutquam cadere. Obest enim peccatum originale, quod tamdiu impedit, *αναγέννησis* habere posse locum, quamdiu contradictione in aliquo ente simul stare nequeunt.

§. XXVII. Idem iam ex Scripturae sacrae evidenter testimoniis iniuste ostendendum erit, inter quae primum locum sibi iure vendicat oraculum diuinum, quod i. Iob. I. 8. 10. haberet, in quo Iohannes de se aliisque loquitur, qui per fidem in unione cum DEO erant v. 3. adeoque regenitis, atque de his assirerit, si quando dicimus: *nos non peccatum habere* v. 8. *nos non peccasse* v. 10. vel seiplos decipere vel DEVM hoc ipso mendacem faere. Quod sine dubio infert, etiam post regenerationem & in renouatione siue per illam, hanc immunitatem ab omni peccato siue *αναγέ-*

*νησι*

*τησταν* obtineri non posse. (§. 1.). Neque existimandum est a Iohanne his verbis caueri, ne ambitione ostentent *ἀναγνωσταν*, qui ea gaudent, eiusmodi enim DEI beneficium neque fileri aut dissimulari, neque negari professione contrarii posset legitime, sed hoc potius sine ea praecipit, ut profientes peccata sua veniam consequantur v. 9. atque ab impuritate per gratiam diuinam liberentur. Neque obstat, quod v. 10. de peccatis praeteritis olim commisisis sermonem esse dici posse, nam ut non commemoremus a praeteritorum peccatorum mentione non valere consequentiam ad excludenda praesentia peccata, v. 8. 9. diserte proposita, conexio antecedentium cum v. 6. 7. in primis, satis demonstrat, Apostolum de praefenti regenitorum purgatione a peccatis loqui, atque ad illam praeteritorum aequae ac praesentium indignabundam agnitionem requirere.

§. XXVIII. Nec minus robur ad idem euincendum includent frequentia Script. S. loca, 1 Reg. VIII, 46. 2 Chron. VI, 36. Cib. VII, 21. Prou. XX, 19, in quibus omnibus ad literam affirmatur: non dari ullum omnino hominem, qui vel non peccet, vel id ipsum de se gloriari possit, adeoque cui *ἀναγνωστα* competit vel competere possit, quae Salomo, non prout ipsi videbatur, sed a Spiritu S. falli & fallere necio afflatus pronunciat. Neque haec ad imperfectiones Veteris Testamenti, quibus inferior fuit prior economia perfectior noua, pertinuerunt. Nullibi enim in Nouo Testamento huiusmodi praerogativa commemoratur, quae proinde singenda non est.

§. XXIX. Accedit grauisimum Seruatoris optimi verisimile effarum, quo veniam peccatorum quotidianis supplicationibus experti a discipulis iubet Matth. VI, 12. Luc. XI, 4. vbi ut ex Matth. V, 48. constat, ad illos sermo dirigitur, qui perfecti esse debebant, quemadmodum & Pater caelestis perfectus est, & his hanc orandi formulam praescribit. Sed quid opus esset remissionem peccatorum experti ab illis, qui perfecti dicuntur, si ea obtineretur *ἀναγνωστα*. Psalmus potius XXXII. v. 6. asseueratur, hoc ipsum, peccatorum nimis remissionem v. 5. omnes sanctos, qui sine dubio regenerati sunt, a DEO sibi expedituros esse:

vnde

vnde omnino colligitur a sanctis etiam cum Christo coniunctis,  
DEVM imitatis, & perfectionis studiofissimis abesse *avauag-*  
*tnolav.*

§. XXX. Experientiam denique loco demonstrationis haben-  
dam esse quis nescit? Sed si exempla illorum, qui in Scriptura S.  
regeniti dicuntur, perlustramus, statim prohibemur, quo minus  
*avauagtnolav* illos gauifos esse dicamus, id quod singulorum in-  
ductione paret, nec, quandiu nulla in contrarium experientia  
prostat, a particulari ad vniuersale nos concludere dicendum est.  
Hoc tamen nullo tempore fieri poterit, quoniam experientia Scri-  
pturae S. contradicere nequit. Neque obici poterit, hoc argumen-  
tum actualem duntaxat *avauagtnolav* impugnare, eius tamen im-  
possibilitatem non efficer. Iam enim id sufficit, exinde patere,  
homines ad vnum omnes hac *avauagtnolav* carere quoad viuunt.  
Ex quo consequitur simul, ipsam possibilitem tamdiu dubiam  
manere & rationibus destitui, donec non solum a priori derieu-  
tur, verum etiam a difficultaribus ex perpetua experientia contra-  
rii oriundis liberetur, saluis DEI perfectionibus, bonitate inpri-  
mis & sapientia. Supra etiam (§. 26.) eam possibilitem lo-  
cum non habere euicimus.

§. XXXI. Praeterea indubium est, sanioribus saltet, posita  
causa ponit effectum, cesaante iterum causa cesare etiam effectum,  
imo effectum sine causa sibi concipere velle impingere in principia  
cognitionis omnis humanae. Indubium, pariter est ex sacris paginis  
peccatum naturali sequela post se traxisse mortem etiam natura-  
lem, tanquam causa effectum Rom. V, 12, VI, 23. Gen. II, 17. III, 3.  
Cesante iam, ut supra dictum fuit, causa omni, omnis necessa-  
rio cesat effectus, imo effectus sine posita sui causa, cuius est ef-  
fectus, impossibilis est & contradictionem inuoluit. Fac iam,  
per me licet, verum esse, *avauagtnolav* per regenerationem &  
renouationem perfecte obtineri posse, nonne sponte sequitur, si-  
stet iam debere propterea sublata omni mortis causa omnem eius  
effectum, nimirum mortem etiam naturalem. Sed medicorum  
scholae, in primis anatomicae, satis demonstrarunt, subiacere fabri-  
cam corporis humani, ipsamque naturae nostrae constitutionem

C

praeſen-

18 SECT. II. SISTENS ARGUMENTA NOSTRA.

praesentem moriendi necessitati. Quam ipsa etiam experientia optima rerum magistra testisimam facit, quae indubie comprobatur: omnes manere ineuitabile fatum, & calcandam semel esse viam lethi.

§ XXXII. Reliqua argumenta hanc doctrinam confirmantia desumuntur & ex *ἀναπαγνύσθαι*, quae soli Christo tanquam prærogativa peculiaris propria fuit, qui per omnia hominibus similis dicitur factus excepto peccato *Hebr. II, 14. 17. collato c IV, 15.* atque ita necessario comparatus, ut *ἀναπαγνύσθαι* non solurn omnes veteris testamenti sacerdotes superaret; verum etiam ab hominibus reliquis peccatoribus segregatus eoque caelestis & divinae indolis *Hebr. VII, 26:* & ex *Rom. VII, 18.* si illae querelae per interpretationem communem ad Paulum regenitum applicantur: & denique ex *Iac. III, 2. vbi* omnes multifariam delinquerre dicimur. Aliena proinde ab hominibus in hac vita est *ἀναπαγνύσθαι*.

§ XXXIII. Status controversiae (§. 16.) momentum alterum ut nunc etiam tangamus ordinis ratio postulat. Ex illis vero, quae circa primum dicta sunt, cuius statim innescere potest, neque perfectionem graduum in hac vita obtineri posse. Considerare eandem dicimus in eo, quando facultates omnes nouum hominem constituentes singulaeque mutationes eorum seu actiones plenisime inter se & cum fine suo consentiunt (§. 15.) Quae cum omnem in uniuersum priuationem excludat, sine ea vero peccatum adesse nequeat, sequitur, ut in exclusione peccati cuiuscunque consistat & proinde ipsa sit *ἀναπαγνύσθαι* (§. 1.), quae si per regenerationem & renouationem obtineri debeat, esset supernaturalis (§. 13) consequens (§. 10.). Sed quoniam hanc in praesenti vita obtineri non posse in antecedentibus demonstravimus, iure id ipsum de perfectione graduum pronunciabimus, quod eorum lem eadem semper est ratio.

§ XXXIV. Consentientem ea in re habeo Paulum ad *Phil. III, 12.* ita loquentem: *Nunquid iam apprehendim vel iam perfectus sim, nimurum quod ad conformitatem cum Christo attiner, de qua in antecedentibus locutus erat, sed adhuc sector: an aliquando apprehendere possimillam perfectionem, quam tamen nou in*

SECT. III. SISTENS OBIECTIONVM SOLVTIONES. 19

haec vita fibi pollicetur metam, sed ad futuram vitam referat  
verf. 20. 21.

SECTIO III.

SISTENS  
OBIECTIONVM SOLVTIONES.

§. XXXV.

UT promissum (§. 16.) nunc praestemus, obiectiones examinande sunt, quibus doctrina haec cum aliqua veri specie impugnatur. Res vero nobis hic non erit cum Socinianis alisque, quorum obiectiones alibi iam passim confutatas legimus, sed de bellandum potius summis ob nouitatem Anonymum illum scriptorem veritatum innoxiarum nocentissimum, qui recentissime, argumentis ad fallendum instructissimis veritatem illam sollicitauit. In hoc negotio ita verabimur, ut aduersarium in ordine disputandarum veritatum presso proequamur, ne quid intactum reliquise videamur, atque proinde eiusdem sextum & septimum dialogum curatus examinemus, qui vterque totus fere ad disputationis argumentum pertinet, ad impugnandam in sequentibus dialogis eo facilius non solum paedobaptistū, sed omnis etiam baptistū externi necessitatem. Seilicet ab iudicaturus baptismō regenerationem, eam potissimum ob rationem, quod illo initiati a peccatis immunes non sunt, atque ex sua sententia ideo neque regenitū dici possent, in hanc doctrinam late excurrit & magno contentu euincere allaborat, per regenerationem conferri *ἀναμάρτησιν*, tamque ita comparatam esse, ut regenitus non solum non peccare posfit, neque actu peccet, verum etiam peccare & labi omnino nullus possit. Quam sententiam suam D. xophilo erudiendo Philalethus, uti per ignorantiam graecorum literarum, quarum tamen scientiam in explicandis oraculis diuinis saepius astat, docto colloquens vocat, ita proponit pag. 431. seqq. *Denn euch einmahl aufrichtig meinen Begriff von dieser Sache zur genauen Prüfung zu übergeben, so glaube ich nach der Schrift, daß ein Wiedergeborener ein solcher Mensch sey, der nicht sündigen NB. könne &c.*

C 2

&

& paucis interiectis pag. 432: *Denn wer nicht nur nach GOTTE geschaffen, sondern gar aus GOTTE geboren ist, der muss auch aussehen wie GOTTE.* Deswegen ist die Wiedergeburt nicht nur eine Erneuerung des befleckten Bildes GOTTES, sondern sie ist eine solche Gründung in das göttliche Wesen, daß ein wahrhaftig neugeborener Mensch so wenig sündigen kann, als GOTTE selbst. Atque pag. 448. *So wenig aus einem Menschen, der einmal aus einem menschlichen Saamen geboren ist, ein Ochs oder Esel werden kann, eben so wenig kan auch aus einem Wiedergeborenen wieder aufs neue ein Sünder werden.* & pag. 449: *Wie der menschliche Saame dergestalt in dem einmal gebornten Menschen bleibt, daß er sein Wesen, wenn er gleich wolte, nimmermehr verändern kann, also bleibt auch der göttliche Saame in dem Wiedergeborenen dergestalt, daß er nimmermehr wieder sündigen kann.* Pag. vero 457: *So wenig die Wiedergeburt verloren werden kann, so wenig kan sie auch erneuert werden,* & pag. 477: *Ich muss aber meinen Scopum nicht überſchreiten, welcher dismahl hauptsächlich ist, die einige Theſta ſelſt zu ſetzen:* **EIN WIEDERGEBOHRNER KAN NICHT SVNDIGEN.** Folglich daß falsch und erlogen, wenn wir dicienigen, die noch sündigen können, vor Wiedergebohrnae ausgeben wollen. Cum qua ſententia reliquas ita conneſtit atque ſyftema ſuum conſtruit, ut ſtatuit, *nasci homines omnes peccato originali contaminatos*, pag. 463: *a DEO autem creaturas lapsas certo & infallibiliter ſue in hac vita ſue futura felicitati eadē reddituro* pag. 444 ſic emendari, vt, si in hac vita id fieri debeat, illuminatio, conuertio, renouatio, sanctificatio, iuſtificatio hoc ordine ſe excipiant, atque tandem in nonnullis ſequatur regeneratio, pag. 465. propterca quoque neque Dauidem, neque Petrum ante lapsus in ſacris literis commemo ratos, pag. 480. neque Paulum trigesimo tertio a conuertione anno regenitos ſuiſe, pag. 571. 572. hunc poſtremum tamen eo tandem peruenire curſumque alſoluſe 2 Tim. II, 7. diſtinguendum i gitur eſe inter ſtatū gratiae & regenerationis; ex priori hominem posſe excidere, ex posteriori nequaquam, pag. 610. neque minus inter credentes ſue sanctos & regenitos, pag. 605. inter viuificatos spiritualiter, in quibus ſpiritus DEI ſit & habitet, Chriſtus

*bus quoque non solum sit, quod in omnibus hominibus locum habere debat, sed habiter, & inter regenitos pag. 568. 590. Ex quibus inter se collatis vera aduersarii sententia cuius abunde constare poterit.*

§. XXXVI. Primum ordine, quod pro confirmando errore suo exhibet, argumentum, ab indole & natura generationis desumitur, siue ex collatione regenerationis cum naturali generatione, vbi sic argumentatur: sicut homo naturaliter natus nunquam, etiam si vellet, cesare potest esse homo, formam humanam exire, aut bestia fieri & in aliam formam mutari; ita regenitus nunquam potest cesare esse nouus homo, immutari aut peccare. Quia argumentatione sibi adeo placuit, ut saepius eam repetierit rilii contrarium sententiam expofiturus, dum frequenter regenitum excidere posse regeneratione & peccare negat: *So wenig ein wahrhaftig geborner natürlicher Mensch, wenn er einmahl als ein wahrer Mensch geboren, seine menschliche Gestalt verliehren und zur Bestie werden kan,* pag. 432. 448. *So lange mir keiner ein Exempel zeigen kan, dass aus einem wahrhaftig gebornten Menschen ein Baer oder Wehrwolff oder ein ander Thier worden (dass ich das physice und nicht moraliter verſchehe, werdet ihr als ein Gelehrter ohnchin begreiffen) so lange bleibtet allezeit erlogen, dass aus einem wiedergeborenen Kinde Gottes ein Teuffelskind werde* pag. 441. Quod sophisma duplii responsione ex ipso aduersario defumta convelli potest. Altera eo reddit, sacra literas innumeris locis significare *Luc. III. 7. XIII. 32.* atque quotidiana experientia satis euinci pag. 441. 513. posse homines obbrutescere, in serpentibus venenos & mordacissimos canes mutari atque ferarum naturam induere, cuius rei exempla non procul accersenda sunt, dum ipse Philalethes verbis allegati loci ultimi, in parenthesis positis, fatetur, moraliter id fieri omnino, *physice* duntaxat fieri non posse; ex quo consequitur, ut regeneratione vel pro mutatione quadam physica habenda sit, vel argumentatio a re physica, corporea & naturali ad spiritualem, moralem & supernaturem concludens nihil euincat; non enim sunt res homogeneae, similitudo autem & comparatio, quae illustrationis non argumentationis causa etiam

in heterogeneis locum haber, non vltra tertia comparationis extendenda est. Altera ex asfertis aliis aduersarii deppromitur; pag. 518. enim vehementer indignatur Philalethes celeberr. MARPERGERO, qui in Comment. ad Ep. Ioh. pag. 802. scripsérat: *Ex D'Eo nasci idem esē, quod denuo a D'Eo ad imaginem suam creari, ita, ut hominis tota esentia, peccato penitus depravata, nonam diuinam indolem, puritatem & sanctitatem consequatur, non vero esentiam plane nouam nanciscatur, vbi apponit: Aber warum denn nicht, Herr Doctor? Ist denn ein von GÖTT neugeschaffenes Hertz kein neues Wesen? Wozu nützet doch diese unnütze Einschränckung? Zu nichts, als daß wir die liebe Erbsünde ja nicht gar ihres Wesens berauben wollen, und also liegt auch bey den besten Beſchreibungen, die unsre Theologie von der Wiedergeburt geben, überall der Knittel bey dem Hunde.* Et paulo post pag. 519: *Eine solche neue Creatur muß ja nothwendig auch ein Wesen bekommen haben, wo sie nicht eine Hirngeburt seyn soll.* Pag. vero 472. asserit tantum discrimen inter hominem, seu, ut postea se explicat, naturalem hominem & regenitum intercedere, quantum inter tenebras & lumen, carnem atque spiritum. Quae, vtreliquis errores in vitroque loco commissos non commemoremus, satis comprobant, Philalethes statuere aliam esse hominis naturalis indolem, conditionem, naturam, atque ut perperam rem exprimit, esentiam, quam quidem regeniti. Vnde sic argumentatur: si homo naturalis ex carne caro natus per regenerationem fieri potest spiritus, aliam naturam, aut, ex formula aduersarii, esentiam consequi, absurdum certe non est & generationis notioni non repugnat, posse etiam regenitum in peccata delabi, immurari & naturae a D'Eo collatae iacturam facere. Aut enim hae naturae non vere differunt & multo magis, quod etiam per se falsissimum est, diuersae esentiae sunt: aut si differunt & tamen ex una in alteram transitus per regenerationem locum habet, impossibilis etiam esse inquit eiusmodi transitus ex statu regenerationis in statum pristinæ corruptionis.

§ XXXVII. Secundum argumentum, quod omnium frequentissime vrget Philalethes, ex 1 Ioh. III, 9. 6. V, 18. desumit  
pag.

pag. 433. 448. 455. &c. 485. &c. 488. &c. 505. 527. 531. &c  
 534. licet hic duntaxat loco nominato allegetur; quae verba in  
 fonte ita leguntur: Πᾶς ὁ γεγενημένος ἐν τῷ Θεῷ, ἀμαρτιῶν  
 εἰς τοὺς ἄλλους εἰς τὸν εἰς αὐτὸν μένει καὶ εἰς δικαῖοις ἀμαρτιῶν  
 νείναι, ὅτι ἐν τῷ Θεῷ γεγένηται. Et posteriori loco: "Οἴδαμεν ὅτι  
 πᾶς ὁ γεγενημένος ἐν τῷ Θεῷ, τοῖς ἑαυτοῖς, καὶ ὁ πονεός τούς αἱμάτων εἰς  
 τούς. Difficultates, quas exinde nectit, aduersariis, facile eu-  
 nescit, si regulae hermeneuticae in huius oracula interpretatione  
 obseruentur, connexionis in primis ratio habeatur, & parallelis  
 locis adhibitis eaueatur, ne oracula diuina sibi contradicere existi-  
 mentur, quarum omnium, posterioris in primis, Philalethes stu-  
 diosissimum alibi videri vult pag. 545. Apostolus enim in eo oc-  
 cupatus est, ut ex praerogativa adoptionis & regenerationis omni-  
 bus, quibuscum ipsi res est, infantibus aequa ac adultis & patri-  
 bus spiritualibus cap. II, 12--14. communi, studium sanctitatis  
 deriuat commate 3, cuius indolem atque motu copiose adiicit,  
 lectores de indispensabili necessitate & obligatione eiusdem  
 conuicturus, quem in finem filiorum DEI seu iustorum arque fi-  
 liorum diaboli seu iniustorum discrimen proponit & utriusque  
 huius diuersae speciei charakteres enumeraturus prioribus ex DEO  
 natis vitam flagitiosam dominiumque peccati conuenire negat,  
 adeo ut quicunque peccatis operam det, eo ipso a felicissima hac  
 cum DEO coniunctione se alienum declarer. Quod inter alia sic  
 eloquitur: *Omnis ex DEO natus peccatum non patrat, quod semen*  
*ipsius in ijs manet: neque peccare potest, quod ex DEO natus est.*  
 Vbi prima propositio nihil aliud pronuntiat, quam *ex DEO na-*  
*tum, quandiu conseruet hanc gratiam & regenerationis statum*  
*continuet, voluntarie non peccare, seu peccata proaeretica cum de-*  
*lectatione & consensu non patrare, quod ipsum Iacobus pecca-*  
*tum complere vocat cap. 1, 14. 15.* Phrasin quoque *faceret peccatum* idem illud indicare ex verbis Christi pater Ioh. VIII, 34.  
 πᾶς ὁ πονῶν αἱμάτων, δὲλός ἐστι τῆς αἱματος. Seruire aurem  
 peccato a Paulo explicatur Rom. VI, 1. 2. & 12--14. 16--18. vt  
 consentire & peccato obedire significet. Secunda propositio il-  
 lius

Ius indolis regenitorum rationem exhibet & principium, quod in verbo DEI viuo ipsis immanente non vero propria eorundem natura deprehenditur Iob. XV, 7. Tertia propositio exeggetica primae est, idemque confirmat eiusmodi peccatorum perpetrationem a regenitis penitus abhorre. Verba ἐδίνεται non solum de voluntate & impossibilitate morali pater ex Luc. II, 7. verum frequentissime etiam ponuntur de eo, quod sub aliqua conditione in certo quodam statu fieri nequit Matth. XII, 34 VII, 18. Iob. VII, 7. VIII, 43. XII, 39. XIV, 17. Rom. VIII, 7. 8. 1 Cor. II, 14. Apoc. II, 2. in quibus locis omnibus homines in aliquo statu constituti negantur aliquid facere posse, quod facere omnino possunt in aliud statum argue conditionem translati. Sicut enim ex illis locutionibus *arborē malam non posse ferre fructus bonos, hominem malum non posse bona loqui, hominem naturalem non posse percipere, quae Spiritus DEI sunt, aliique non sequitur, arborē malam non posse fieri bonam, hominem malum & naturalem non posse fieri bonum & spirituale*, atque hac mutatione facta *fructus ferre bonos, bona loqui & quae Spiritus DEI sunt, percipere quod omnem regenerationem euerteret*: ita etiam haec phrasis non sine insigni detorsione huc trahi potest, ut significet, regenitum non posse in statum deteriorem transire. Vox vero *peccare*, quae latior per se est, de ea specie peccatorum hic necessario accipi debet, quae in propositione prima sollicite ab Apostolo determinata fuerat. Quarta propositio rationem huius qualitatis altius repetit, asseritque regenitos sic comparatos esse non naturae & virium naturalium beneficio, sed quod ex DEO nati sunt. Debet igitur per insignem petitionem principii id omne, quod probandum erat, hic supponi ad aliquam demonstrationis speciem ex hoc oraculo extorquendam. Quod in loco altero Iob. V, 18. pariter necessum erat, in quo ipsa phrasis regenitorum τῆς εὐτυχίας ostendit, non omne peccandi periculum hic excludi. Sed agendum videamus, quid Philalethes molliatur ad refutandam Theologorum nostrantium receptam interpretationem. Duobus in locis eundem lapidem mouet. In priori, qui p. 455 exstar, obiter distinctionem & limitationem consuetam, qua interpre-

## OBJECTIONVM SOLVTIONES.

25

terpretes verba Iohannea reddunt: *regenitus, qua talis, non potest peccare*, fugillar, rider atque in rem suam contra nos transferre conatur, ut ea nihil contra se obtineri ostendat. Audiamus modo eius ratiocinatio, quibus ineptius quid vix excogitari potest: *Ihr böret, daß ein Wiedergebohrner, wenn ihr gleich die ohne Noth erdachte Distinction, qua talis, dazu setzen wollet, nichil sündigen kan.* Kan er nicht sündigen, *qua talis*, so kan er auch *qua talis* den Stand seiner Wiedergeburt nicht verliehren. Kan er nicht aus dem Stande der Wiedergeburt fallen, so hat er auch nichts nöthig, *qua talis*, dieselbe zu erneuern; und also ist in dieser Stellung euer Articulus von der Erneuerung ein ungereimt Gewißheit. Quae tria ultima verba apprime huic ratiocinationi inscriptionis loco conuenient. Certe aut non intellexit voces *qua talis*, aut sententiam nostram de regeneratione seu iteratione regenerationis nesciuit, aut a sanatione sic argumentando penitus derelictus fuit. Quis quoefo hoc unquam somniauit, regenitum *qua talis*, seu quoad regenitus est, ex statu regenerationis excidere, aut noua eiusdem iteratione opus habere. Posterior locus occurrit pag. 512. &c. vbi ven. MARPERGERI interpretationem falsi convicturus eiusdem phrasos exempla affert, quorum ibi unum alterumue ex sacris literis & communii loquendi ratione profertur, vt constet, locutionem controversam interpretationem aduersariorum non requirere, quam neque admirri posse, illis deinde argumenta demonstrant. In exemplo biblico ex Matth. VII, 18. desumpto duas paginas confundit, vt neget, Christum illis verbis aliud quid asseruisse, quam arborem malam non posse bonam fieri, neque bonam evadere malam, quod adeo indubium & evidens esse existimat, vt inter complures sarcasmos grauisimo arguento indigos admodum contraria sententiam bouino intellectu dignam pronuntier. Ipsa tamen res & nexus sacratissimorum verborum satis comonfrat, Christum de hominibus (ub figura arborum loqui). Donec igitur Philalethes hanc assertionem, malam arborem nunquam fieri posse bonam cum doctrinis de corruptione hominis naturali, conversione & regeneratione, qua homo malus, qui *qua talis* d. quoad malus manebat, immutari & bonus fieri non poterat, & uinitus emendetur & bonus evadit, conciliauerit, nihil plane con-

D

tra

tra interpretationem obviae hic phraseos efficit. Quam difficultatem suae interpretationis aut non praedit, aut pro sagacitate sua disimulauit & siccō quasi pede praeterit, quod in reliquis etiam exemplis a pag. 516 -- 518. refutandis obtinet, quae ut canis e-Nilo bibens examinat.

§. XXVII. Nōnum argumentum idque ordine tertium ex 1 Joh. 1, 8. 9. miro quadam artificio effingit Philalethes, quo non solum telum ipsi intentatum effugere, sed & in nos retorquere studer. Scilicet facile perspexit, irritata fore interpretationem alterius loci Iohannei atque opinionem suam de impeccabilitate atque illabilitate regenitorum, nisi huic oraculo vis inferatur. Videamus vero quam infeliciter id ipsi ceserit. A pag. 465 -- 471. hæc verba varie contorquet ad opinionem suam excusendum, quorum conatinum summa eo reddit, ut contra omnem textus evidentiam asferat, Iohannem hic loqui de statu hominum ante, in & post conuersationem & proinde v. 8. describere in dolem hominis nondum conuersi, v. 9. autem & ipsam conuersationem, quam in eo collocat, ut confiteamur peccata nostra, atque, quod ex Pro. XXVIII, 13. adiicit, non continuemus, & eiusdem effectum seu consequens in eo esse positum, ut DEVS pro fidilitate sua Iustitia nobis adimat peccata nostra que purget ab omni iniustitia. Vnde elucescere opinatur, ad conuersationem primum pertinere omnimodam peccatorum omnium cœstionem & non continuacionem: quæ tamen *ἀναμάρτυρια* aut viribus naturalibus praestanda foret, si ex sententia ipsius iustificationem & regenerationem precedere debeat; aut per regenerationem falem non obtineretur, cum iustificationem & renouationem sequi demum fingit; deinde etiam DEVMI ita conuersis non solum condonare, quo verbo Lutherum vocem *αφι* reddidisse indignatur, sed adimere penitus & abole-re, atque hominem ab omni iniustitia actu liberare, ut a peccato originali immunis factus amplius peccare non posset. Quæ omnia satis dictiorie pronuntiat, arbitratus, lectores omnes Doxophilico suo similes fore, qui eiusmodi assertis ob solum *ἄυτος ἡ φωνὴ* coeum praebetasens & doctoris sui eruditionem admirabundus ubique suscipit. Nos potius phrasim *αφίέται ἀμάρτιος* tamdiu de remissione seu abolitione reatus peccatorum interpretabi-  
mūr,

mur, donec *Philethēs* euicerit, illum significatum nullibi in sa-  
cri literis locum habere neque admitti posse, ostenderique, qua-  
ratione homo homini peccata adimere seu ex penitus in alio abo-  
lere posit, quod verba *Matth. VI. 12. 14. 15. Luc. XI. 4.* omnino  
requirerent, si vera esent, quae de sensu illius phraseos profert.  
Neque in altera phrasi minus creduli erimus, sed purgationem a  
peccatis tamdiu de venia peccatoribus concessa sublatoque pecca-  
torum reatu potissimum, non exclusa tamen sublatione dominii  
peccatorum simul facta *i Cor. VI. 12.* intelligēmus, donec nobis  
concesserit, Christi discipulos, excepto *Iuda* proditore, omnes  
puros fuisse, per *Iob. XIII. 10. 11. XV. 3.* quos tamen nondum re-  
genitos fuisse, neque a peccatis immunes asserit in sequentibus:  
probaueritque nexum ratiocinii sui pag. 470. propofiti, quo ex li-  
beratione a peccatis colligit impossibilitatem denuo peccan-  
di. Quod si verum eset, Adamus in statu integritatis aut non  
immunis fuisset ab omni *ἀδύτῳ*, aut labi plane non potuisset.

*§. XXXVIII.* Neque felicior est *Philethēs* in confutandis  
reliquis pro nostra sententia argumentis. Breuibus nunc ea lu-  
stremus, ut innotescat, quomodo eadem impugnet. Ad *Iac. III. 2.*  
regerit *primum*, Apostolum iis verbis non de peccatis loqui, sed  
de erroribus seu defectibus ignorantiae, quos in regenitos adhuc  
cadere largitur; satis sic prouide sententiae suae consulturus,  
cum immunita vocum significacione biblica & quiduis ex quo quis  
concludendi & elabendi licentia facilis euadat, impudenter ipsi Ia-  
cobō contradicens, qui c. II. 10. dixerat: ὅσιος μέλεται ἐν ἀγαλμα-  
τίᾳ τῶν ἑράκλεων, quibus verbis indubie demonstrat *πέccātū* significa-  
re *peccare* & *legem violare*, ea enim re sola legi obnoxii reddimur  
atque reatum contrahimus. *Deinde* addit, concedi a Iacobō his  
ipsiis verbis, dari posse eiusmodi homines. Quod, si ex sola voce  
ei colligit, eadem voce coactus fatebitur *Paulum Rom. III. 5. 7.* asser-  
tere, *nōstrām int̄̄ficiām commendare D̄el int̄̄ficiām*, quod tam a Pau-  
li quam prius a Iacobi mente alienum est, si verbis ipsius standum est,  
quibus immediate ante hanc phrasin fidem facit, quod multa offendimus  
*ἄποντες*. Contra *i Reg. IIX. 46.* quod solum ex pluribus  
*Salomonis* testimonis producit, reliqua vel ignorans vel disimu-  
lans, obuertit pag. 472. Salomonem haec de hominibus, non rege-

nitis promuntiare, qui homines esse penitus desierint atque a regenitum tantum distent, quantum lux a tenebris. Quod pag. 472, & 473. ita demonstrat: *Solang einer keine neue Creatur wird --- so lange kan er freylich nichts anders als sindigen, und daher heisst er in der Schrift Fleisch. Nun soll aber dieses Fleisch durch des Geistes Geschäfte getödter und in Christo eine neue Creatur daraus werden: So folgt von sich selbst, dass es nicht bleiben darf, und ist also folglich zwischen einem Menschen und einem Wiedergeborenen ein so großer Unterscheid, als zwischen Geist und Fleisch. Folglich sehen wir, dass, wenn Salomo von Menschen redet, die noch sindigen können, er keineswegens von dem neuen Menschen rede, der nach Gott geschaffen ist &c.* Sed si hoc non est circulum committere in demonstrando & illud supponere, quod probandum erat, nemini ab hog vitio vnuquam cauendum erit. Exempla biblica a regenitis varie lapsis defumta vno ictu prosternit Philaethes, negando illos vnuquam fuisse ex DEO natos, idque pro autoritate, quam arrogat sibi, inexcusabili. *Daudem ante duplum lapsum, cuius in sacris litteris mentio fit, discipulos Christi, Petrum viuo adhuc Magistro, Paulum trigesimo tertio a conuersione anno, quoniam Phil. III, 12. &c. nondum perfectionem se assecutum profitetur, Hymenaeum, Philetum, Alexandrum, Demam, Galatas; plosque Romanos, quos Paulus Rom. VIII, 9. horratur, ut carni resistant, ne vitae spiritalis iaceat, faciant, cosque credentes, de quibus 2 Pet. II, 20. sermo est, iustos etiam & DEI participes Ezech. XXXVII, 12. Hebr. VI, 4. irregenitos fuisse pronuntiat, hac ratione addita, alias enim illos labi non potuisse & exhortationes, imo monita Apostoli locum habitura non fuisse. Quorundam ea omnia speulant, quae a pag. 522--596. disputantur, si a digressionibus & inspersis, quibus fanfasticas veritates conspurcat, sarcasmis, discesserimus. Argumentum a lapsu protoplastrorum p. 547. &c. sic amolitur, ut minorem asserat hominum secundum imaginem tantum DEI creatorum perfectionem, quam ex ipso DEO natorum, eam ob rationem, quod illi labi & peccare potuerunt, hi peccare non possunt. Quibus sophismatis vix verendum est, ne quis fucum sibi facere patiaratur, nisi latum rationem eiurauerit, cuius possessionem sibi soli vindicat Philaethes, omnium, qui cum eo non faciunt, orthodoxorum in primis*

Theo-

Theologorum doctrinam sine mente ridens falseque perstringens. Difficultates, quibus se implicant, affirmando, conuerteros sed non regenitos excidere posse vita spirituali, ita tamen, ut iteratio conuersionis & reditus in vitam locum plane non habeat, nunc non virginemus, quoniam admodum euagandum foret, si per ambages omnes *Philalethen* prosequi vellemus.

§. XXXIX. Sed ad nouum properandum est argumentum, quarto loco propositum, quod ex congerie absurdorum constatum est, quibus sententiam nostram premiūmo opprimi opinatur. Criminaciones has per virrumque dialogum dispersas colligemus atque singulas examinabimus. Prima proponitur p. 438. &c. vbi sic callunniatur: *Nicht meine, sondern eure Lehre und der ganze verkehrte Vortrag der Heils Ordnung macht die Leute desperat, wenn sie sie recht einsehen, oder sicher und frech, wenn sie euch blindlings glauben.* Reī fidem facturus desperationem, primum ex eo dedit, quod statuamus, regenitos perpetrando peccata regeneratione posse excidere, illudque in hac vita euitari non posse, regenerationem autem non posse iterari; unde necessario consequi arbitratur, homini, postquam se regenitum creditur, peccatorum commissorum sibi conscio de regeneratione vñquam obtinenda certo desperandum esse. Vbi nemo non videt, quam propterue nostram immutet sententiam, ut desperationis aliquam speciem extorqueat. Nunquam enim diximus, quibusuis peccatis hominem regenerationis iacturam facere, sed pro aerētīcis tantum & mortalibus, quae omnino evitari possunt. Postremam vero propositionem immaturum sui ipsius ingenii foerum nobis obtrudit p. 505. &c. a sententia nostra alienissimam. Adicet deinde per nostram sententiam hominibus, quoad viuunt, misere desperandum esse de liberatione a peccatis vñquam obtainenda, qua cauillatione vocibus luditur. Faremur de *αιωνιτητικη* homini desperandum esse aequa ad *αιωνια*. Neutquam vero hinc sequitur, homini de omni liberatione a peccatis desperandum esse, quam ex sententia nostra obtainere potest inchoatum in hac vita & perfectam post mortem, eoque eniti debet. Alteram vero imputationem, securitatis & studii sanctitatis neglecti, ut comproberet, non solum impudentissimo mendacio nostrisibus hanc sententiam assingit *Philalethes*, sed in nomine sui hand

D 3

memor,

memor, debere in regenitis per omnem vitam dominari peccatum, mentem carnalem dominatum exercere debere per totam vitam p. 468. cuius refutationem ex ipsis verbis *Marpergerianis*, dialogo inseritis, defumere potuisse; verum etiam multus in eo est, ut ostendat, sententiam nostram hominibus has cogitationes inspirare, frustra laborari in debellando peccato, supercedendum potius esse hoc labore, quid? quod peccato operam dandam esse, ut habeant, quae DEO confiteantur, gratiam eius consequuntur p. 466. Quae, si quis ex nostra sententia, qua maiorem semper in dies peccati confirmationem vrgemus ad gratiae & regenerationis iacturam effugiendam, deducit, is vel in doctrina nostra ignarum plane se profiteret vel proterue male dicendum. Quod vero sententiae nostrae tam parum obest, quam similis obiectatio ipsius Pauli sententiae *Rom. III, 31. VI, 1. 2.* quidquam derogavit.

*§. XL. Secunda criminatio a Philalethe laepias proposita* *huc redit*, sententiam nostram in DEum Christumque Seruatorem per quam iniuriam esse, cum mortem naturalem Christo ipso potentiorum faciamus p. 470. & 471. imo satis blasphemie ex DEO monstrum formemus, peccatum aliunde in hominem ingressum puniens, idem tamen ex se suaque natura producens p. 474. nouae creature ex genitae inhaerens, aeternam & indelebilem, eoque aetorem atque patronum peccati se declarans p. 475. 476. ut reliqua praetereramus, quibus calumniatur, nos in ipsam DEI naturam sanctissimam peccatum introducere; DEO nos denegare, quod Adami post lapsum fuerat, ut liberos sibi similes generaret & quae plurimi commata excogitauit. Horrendum hanc impianque accusationem blasphemis in DEVUM sanctissimum locutionibus, quas tanquam ex nostra sententia fluentes apponit, scatentem p. 510. & 511. repetit, insignem postea Theologiae gratiam facturus apponendo, haec non ita ab omnibus concessum iri, neque explice illos asserere licet cum doctrina illorum necessario cohaerent. Rem suam vero prodit *Philalethes*, dum istiusmodi arma capessit, atque pugnae genus instruit, quod illis soleme est, qui argumentis destituti ad fucum imperitis faciendum, aduersarios criminacionibus, absurdis, periculisque conseptarii ex ipsis rationibus sententia mille fraudibus deductis onerant, atque omnes figurarum rhetoriarum, exclama-

mationum & interrogationum loculos excutunt, vt futurum vident atque impune fallant letores. Hoc nisi egisit *Philalethes*, neutrām nostrātibus affixis est sententiam ab ipso rūmēte verbius alien'simani. Nunquam enim morti naturali & soli per se tribuumus peccati abolitionem, multo minus regenerationem in emanatione aut productione nouae esentiae ex DEO collocamus, qui priori esentia sublata homo esentiale DEI naturam cosequarū peccatis immunem, qualem regenerationis notionem a se efficiam nobis obtrudit. Non multum differt ab hac blasphemā obrectatione aliud ratiocinium aliquoties a *Philalethe* obiectum, si DEV'S regen'tum a peccatis immunem nos praestitit, illud efficeret aut non voluit, aut non potuit; virde consequi arbitratrū, nos DEO bonitatem atque sanctitatem denegare p. 475. Sed qua ratione ipse *Philalethes* decantatum hoc dubium, sive origine mali disputaretur & contra statum Adami labilem obiceretur, soluet, aut nodum pro more suo fecerit, eadem quoque ratione huic satisfiet obiectio, siveque ipse inuitus etiam sententiam nostrām ab eadem liberabit.

§ XLI. *Tertia* criminacionis species, qua vtramque paginam scripti sui replevit, huc redit, vt nostrates contradictionum in hac doctrina arguat. Quam accusationem contra Vener. MR PER GERVA callide sic instruit ut saepius in desiderib[us] ipsius verbis exclamat: hoc vel illad a se minus intelligi, vteo maiori dei licentia in alienum sensum rapere posset ad efformandas contradictiones. Sic e.g. verissimas propositiones: *regen'is non licere peccata, certos esse de salute eterna obtinendos, posse sibi ope diuina a voluntaria peccati cauere, DEV'S praeuidisse regen'is vire: non peccandi voluntarie, arque facultatem per seuerandū in gratia sufficiere & quachis gemina sunt, cum ascensionibus, regen'is posse peccare, imo in mortalib[us] peccata me idere, posse eodem eternas salutis iacturam facere, a peccatis omnibus sibi cauere non posse, conciliari posse pro auctoritate, quam libi arrogat, negat.* Responsiones vero quas ipse praeuidit, breuisimis conuelliit, pronuntians, haec omnia orthodoxe, id est, itaute, insipide, sine sensu menteque dici. Sed o! quant'a *Philalethes* noster species! cerebrum non habet!

§ XLII. Plura adhuc impudentissimarum obrectationum exempla prostant. Sed ad finem properandum est. Quare iam *quinto* loco argum enta obiter duntaxat in *Philalethe* propria recensēimus, quas per reliquam translationem dispergit, in quibus perlustrans breuisimis esse licebit, eam ipsam ob rationem, quod *Philalethes* omni probatione illorum, si a dictatoris enunciatione discesserit, penitus superredit. Pertinet eo locus *pri'mum* Paulinus *Epb. V. 27. p. 248* quem de inhaesia purgatione singulorum ecclesiae membrorum & quidem in hac vita perficienda interpretatur, enim & ipse locus cum contextu & alia oracula pararella, fatis declarant, sermonem ibi

### 32 SECT. III. SISTENS OBJECTIONVM SOLVTIONES

ibi esse de omni negotio salutis a Seruatore applicande, non sola regeneratione, sed per omnia operationum gratiae forensis atque medicinalis econominam persigendo. *Secundum* oraculum defumit ex *Eph. IV, 5.* vbi mīo artificio ex verbis *vnam eſe fidem* colligit, neque amitti, neque amissam instaurari posse fidem p. 457. sibi parum constans, dum saepius affimat, fidem omnino amitti posse, non vero regenerationem. *Tertium* producit testimonium, teste tamen non nominato, p. 463. ex *Roms. VI, 6. Gal. V, 12.* & *2 Cor. V, 17.* congettum, in quibus oracula excitantis forte non praedicti *Pbilalethes*, hoc in sequenti dialogo septimo ad regentis spectare a le negatum iri. *Quartum* oraculum, quod ad stabilendum errorem suum peruerit, occurrit pag. 483 ex *2 Cor. VI, 14.* petitum, vbi ex verbis Pauli: luci non conuenire cum tenebris, neque Christo cum Beliale, concludit, non posse in iisdem hominibus regenerationem & peccata, diuinam naturam & peccatum originale locum habere, satis quidem incogitantes, cum in explicanda conuersione & renouatione regenerationem praegressa copioſe asserit, in eiusmodi hominibus spiritum cum carne luctari, Christoque, quem omnibus hominibus nature inesse ad eos a peccatis vindicandos statuit, bellum perpetuum intercedere cum Satana, lucisque cum tenebris. *Vlterium*, quod saepius vrgit, ex *Iob. III, 8.* petit, ex fine aduentus Christi in destruendis operibus diaboli a Iohanni positio per incredibilem falso argumentando, debere hanc destructionem in regeneratione peragri. Quia determinationem modi & temporis exclusum *Pbilalethes* sine vade oraculis diuinis inferuit.

§. XLIII. Potiora haec sunt, quae rationum vel argumentorum speciem praeſe ferunt. Reliqua hypothefibus erroreis de *anoxias* vniuersali spiritu omnium & iustificatione per imputationem meriti Christi negata intinuntur, quorum confutatio tamen loci huius non est, cum haec iam pro argumenti dissertationis veritate confundenda sufficiant. Nostrum nunc potius, Lectores, erit, profundissima naturae nostrae corruptione perspecta atque tyramide peccati, a cuius compedibus in morte demum plene liberabimur, vitæ humanae syrte circumſecti atque caute almodum transnavigare. Duo in primis & dextram & sinistram versus extrema sollicite cawenda sunt, si via regia, media atque tutissima ad felicitatem non modo tendere, sed eandem etiam attingere velimus. Alterum, ne elato animo perfectionem nobis persuadeamus & securitati hoc ipso, improviso ruinam minitanti, putinam substerimus. Metam eapropter nobis praefixam, conformitatem cum Seruatore, industria nieditemur, quibus quid perficerimus, quidque superandum adhuc sit, nosse dabitur. Alterum, ne infrafectos plane conatus nostros opinati, in virtutis & pietatis atque sanctitatis studio decurrente animum abipinati, impossibilitatem timerimus, sed mature ac indefinenter in terris iam ciamus, impossibilitatem timerimus, sed nanciscemur aliquam.

ea prosequamur, quorum complementum nanciscemur aliquam.  
do in caelis Speramus meliora!

TANTVM!



AESTVMATISSIMO  
KESSELRINGIO

SAL. PLVR. DIC.

PRAESES.

**G**RATUM MIHI vebementer fuit consilium,  
quod cepisti, ex disciplina nostra non disce-  
dendi sine publico tirociniorum praeclare-  
positorum documentio. Ex quo enim  
huc concessisti, mirifice delectatus sum  
ingenio, quod DEI beneficio a natura  
babes ad litteras exinium et grauier politum, laudabili  
virium contentione, animo salutarium doctrinarum  
cupido, iisque in sanctiori eruditione progressibus factis,  
vt facile constaret, non illotis TE manibus, sed pro-  
paedeumatibus rite initiatum a praeceptoribus, quos in  
academia patria habuisti prudentissimos, intra sindo-  
nem et ad interiora rerum diuinarum sacra admissum  
E fuisse.

fuisse. His fundamentis ita iactis apud nos superstructu-  
ro quam bene TIBI cesserit singularis opera scolis exeges-  
ticis, moralibus, polemicas et disputatorias data ad  
amplificandam litterarum diuinarum copiam, rectius  
omnino significari non posse existimauit quam disputatione  
publica. In qua conscribenda breui admodum tempo-  
ris spatio, nullae fere, exiguae saltem, fuerunt partes  
meae. Satius enim putauit ad indicium de profectibus TVIS  
ab omnibus eo certius faciendum TVAS TIBI reddi medi-  
tationes, quam multum illas immunitari. Quare quam  
mihi exhibuisti elaborationem quoad per negotia, quibus  
iam distineor, fieri potuit, ita retractauit, postremam im-  
primis sectionem, ut et TVA maneret, et argumento succin-  
ele disserendo satisficeret. Spem meam scribendo non felliſti,  
neque dubito, quine expectationem et meam et omnium, qui TE  
saepius disputationem audierunt in solemani conflictu nullus sis  
destituturus. Doctrina, quam disputas, ardua certe est, no-  
strisque temporibus vindicanda omnino ab impugnationibus,  
quibus varie lacesſtur. Seditionum bellorumque ciuilium  
in populo Christi gestorum historia indubie commonſtrat, adeo  
arcte cohaerere banc doctrinam de corruptione hominum na-  
turali et peccatis inde enatis, cum gratuita iustificatione no-  
stra per CHRISTVM, quae arcem purioris doctrinae con-  
ſtituit, ut neutra sine alterius periculo sollicitari vñquam  
potuerit. Quantum enim de ſatisfactione Seruatoris vnic  
de nobis meriti derrabitur, tantum nobis gloriaeque noſtræ  
arrogatur, immo ut cum aliqua specie CHRISTI obedien-  
tia vicaria minus indigere videamur, de ipſa lege diuina ab-  
rogatur, experientia contrarii comprobante veriſime PAV-  
LVM exidisse, vel ipſa hoc ſenſu legem erigi et ſtabiliſi fide  
ROM. III, comm. XXXI. Nemo itaque vitio vertet iis, qui  
bus

bus sanctioris doctrinae casta puritas curae cordique est, se  
ex erroribus vel lenissimis primum vijs in constituenta pec-  
cati natura iustificationi CHRISTI que merito periculum  
imminere suspicantur. Atque haec ipsa ratio facit, vt tem-  
porum, in quae incidimus calamitatem doleamus, quibus op-  
tio de iustificatione hominum DEO vindicatorum animos  
multorum peruersit, et late per viscera nostra grasfatur.  
Non una quidem omnibus, qui in hunc errorem transeunt  
sententia sedet, ipsi potius, quod errantibus solemne est, in  
partes discedunt. Sunt qui solis regenitis post longum iter,  
quod paucorum est, et labores exaltatos, conuersionem, san-  
ctificationem, iustificationem et renouationem emensis illam  
vindicant: atque in eo periculis errant, quod omne peccan-  
ti periculum a regenitii penitus abesse pronunciant. Alii  
tamen rationes alter subducunt, omnibusque ad DEVVM sin-  
cere conuersis internum peccatum eiusque reliquias ira abiud-  
dicant, ut illis ab externis ad peccandum sollicitationibus  
cauendum esse, simul edicant, ne quod primis parentibus acci-  
dit, ad legem violandam inducantur. Viderentur hi posse-  
riores excusati et minus periculo errare, atque formulis  
magis quam sententiis a priore oraculorum diuinorum do-  
ctrina disdixerit: nisi ipsa peccati in uniuersum omnis notio  
simul conuerteretur, depravatio naturae ad infantes hac praerogativa praeditorum transmittenda negaretur, atque perpetua CHRISTI imputato ad praegressorum quidem pecca-  
torum reatum delendum necessaria, a peccati immunitibus cer-  
to satis excluderetur. Quare licet aduersarius, cui in hac  
dissertatione proximo obuiari tur, ad priorem ordinem per-  
sineat, posteriori tamen errori eadem opera satisfit; iisdem  
enim armis virisque pugnatur. Exceptiones et argumenta,  
quorum nulla in dissertatione mentio facta est, facile conci-  
dent, si speciosiora, quae ab hoc aduersario errori praetenduntur

dis-

discursa fuerint. Neque sanctitatis et pietatis in DEVMBAC  
doctrina prouehendae praetextu imponi sibi temere patientur,  
qui de salute sua vere solliciti, siue sibi consci nec dissi-  
mulare quae sentiunt, nec vocibus ludere voluerint, obserua-  
uerintque nunquam feliciter secum agi, quam si semet ipsos  
indignati peccata quotidiana sanguine CHRISTI appre-  
hensio expiauerint atque ex eodem fonte incitamenta et vires  
DEVMC colendi officialemque peragendi desumferint. Sed ma-  
num de tabula! Epistolam scribo, non librum. Ipse DEVVS  
malis domesticis medicinam parabit prouidebitque, nequid  
res sua detrimenti capiat. Ego vero ad TE redeo, amicissime  
KESSELRINGI. Gratulor TIBI labores academi-  
cos, doctrinam singularem, et ipsam spem, quam omnibus,  
qui TE norunt, fecisti. DEVMTIBI compreco praesen-  
tem et propitium, ad eam implendam, bonis litteris et utili-  
tati publice proficiam operam nauandam, TVAMque rem,  
quoad viues DEO vindicatus sanctorum et feliciter agendum.  
De metu TIBI recipio, nunquam officiorum, quae ab homine TVI  
quamantisimo profici posunt, quidquam in me desideratum  
iri. Iua vale in rem TVAM, meique memor viue. De-  
di in acad. Frideric. prid. Id. Ianuar. anni  
ccccxlviii.



Na 32.

vd 18

ULB Halle  
005 367 468



3



16.

D. B. V.  
DISSERTATIO THEOLOGICA  
DE  
**ANAMAPTHSIA**  
**AB HOMINIBVS IN HAČ**  
**NON OBTINENDA.**

QVAM  
PRAESIDE  
VIRO MAXIME REVERENDO, EXCELLENT  
ATQVE DOCTISSIMO,  
**DN. SIGISMVNDO IACOBO BAVMG**

SS. THEOL. PROFESS. PVBL. ORDINARIO,  
PATRONO AC PRAECEPTORE OMNI PIETATE A  
DEVENERANDO

AD DIEM      IANVAR. ANNI MDCCXXXIX  
ERUDITORVM CENSVRAE SVBMITTIT

AVCTOR  
**ERNESTVS FRIDERICVS KESSE**  
PRVSS.

---

HALAE MAGDEBURGICAE,  
LITTERIS EMANVELIS SCHNEIDERI, ACAD.

